



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 43. Tacendum cùm angeli aut sancti nobiscum loquu[n]tur, & cùm
est sermo de iudicijs & permissionibus diuinis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

vias meas vt nō delinquam in lingua mea. Quā igitur lætus, quam securus hinc discedebat, quē nullius propè culpæ conscium taciturnitas ipsa fecerat.

CAPVT XLIII.

Tacendum cūm angeli aut sancti nobiscum loquuntur, & cūm est sermo de iudicijs & permissionibus diuinis.

Secundò, tacendum est cūm angeli aut sancti nobiscum loquuntur, quòd maximè seruandū erit cūm eorum facta leguntur aut audiuntur. Hinc Danielis 10. 15. de angelo sibi mirabili specie. vers. 5. appa-
Cūm angeli aut sancti nobiscum loquuntur.
 rente, inquit. *Cumq; loqueretur mihi huiusmodi verbis, deiectum meum in terram & tacui.*

Tertiò, cūm est sermo de iudicijs & permissionibus diuinis, ne eū in illis arguamus. Quòd quia fecit Iob sic de se, c. 39. 37. loquitur. *Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manus meā ponam super os meū, Ver. 35. Unū locutus sum, quòd*

Manū
super
os po-
nere,
quid?

utinam non dixissem; & alterum qui-
bus ultra non addam. Nota ma-
num super os ponere, signum ta-
curnitatis est, in cuius rei signifi-
cationem Clemens Alexandrinus
lib. 5. Stromatum scribit Anachar-
sim Schitam dormientem sinistra
manu secretiora corporis loca te-
xiffe: os autem dextera manu; quo
ostenderet oportere quidem v-
tramq; partem continere, sed ma-
ius esse linguam continere quàm
voluptatem. Vnde & D. Iob ada-
micos suos principes, cap. 21. 5. in-
quit, *Attendite me, & obstupescite;*
& superponite digitum ori vestro,
quòd eos fecisse dicit cap. 29. 8. *V-
debant me iuvenes, & abscondeban-
tur: & senes assurgentes stabant. Prin-
cipes cessabant loqui & digitum super-
ponebant ori suo.* Sed Apostata con-
trarium facit, qui non imponit ori
suo silentium per digitum: sed ut
est Prou. 6. 13. *digito loquitur, In*

omnibus

omnibus porrò templis Aegyptio-
rum teste Ioanne Pierio in Hiero-
glyphicis lib. 36. vbi colebatur Isis
& Serapis, simulachrum erat digi-
gito labris impresso; ostendens de-
dijs immortalibus silentium habē-
dum. In quos etiam ne licentiosi-
simus in loquendo, à Platone mo-
nemur. Sic & sigillum in annulis
indicabat rerum agendarum silen-
tium. Vnde Alexander Macedo,
vt ibidem refert Pierius, cū ma-
tris epistolam calumnijs & accusa-
tione plenam aduersus Antipatrū
continebat, vna cum Hiphestione
vti solebat legisset, detractū digito
senatorium annulum ori illius im-
pressit, silentij monumentum. Hoc
pacto innuens vt arcana contine-
ret. Exemplum cū in signis de
amico fiducia, tūm etiam huma-
nitatis egregiè, qui calumnias la-
tius spargi noluerit, licet inuisum
haberet Antipatrum.

*In
deos
ne licē
tiosi si-
mus in
loquēdo.*